



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. V. De primario Sacerdotij Christiani officio, & veritate SS. Eucharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

A rubis praterea, & spinis, & aliis id generis, quæ adnasci solent extrinsecus, idem parietes mundi, & à cæmentorum item, lapidumque congestu remoti custodiantur.

Ex cæmentis porro vites, arbores frugifera, & alie etiam infrugifera cuiusvis generis, aut arbutia, stirpesque omnino conuellantur, atque excidantur.

Neue in posterum in his sacris locis quicquam conferatur, nec vero seratur.

Nec semum ex his succidatur, neue herba item virescens, quæ bestis pabulo sit, vel detur.

Neue in earum fines res vlla abijciatur, cuius grauis, reterue odor sit, aut aliud quicquam sacris iis locis inhoneste fiat.

Stabula etiam armentorum, & cuiusvis generis animalium inde procul sint.

In iisdem ne lignorum strues fiat: ne tigna congerantur, ne cæmentorum, lapidumue acervus sit: nec deniq, quicquam loci illius decori, nitore, ac religioni, sanctitatem repugnans.

De prophano vñ à sacris locis tollendo.

Ne adium, agrorum, rerumque aliarum cuiusmodi, quæ vel locanda, vel vendenda, proponi, aut prescribi publice solent, neue omnino rei cuiusquam prophane schedula, scripturae vllæ ecclesiarum, oratorumque, aut cæmentorum foribus, valuis, parietibusq, aut in quouis sacro loco in posterum affigantur.

Ne item res venales in ecclesiis, & oratoriorum, cæmentorumque parietibus appendantur, neque intra loci spatium, quod aqua sacra aspergitur, cum Ecclesie consecratio sit: aut intra stillicidij fines, aliudue loci maius intervallum, Episcopi iudicio prescribendum.

Neue item officina, tabernacule quouis materia genere, etiam tabulis, asseribusq, confecta, vel ipsi parietibus inherentes, vel in cæmentis, sacrisue locis, aut omnino intra illius spacij, aut intervalli fines, vllò modo constituantur, aut collocentur. Quæ vero iam constructa, collocatae sunt, inde quam primum penitus amoveantur.

Ne Ecclesia, aut capella, aut etiam oratorii, in quo Missæ sacrificium aliquando peragitur, recta palearum acervus, neue aliqua lignorum strue onerentur: ne item à parte superiori, vel cubiculum, vel cubiculum, vel omnino locum habeant, ubi aut dormiatur, aut habitetur, aut quicquam prophani fiat. Quæ vero loca iam eiusmodi sunt, omnino amoveantur.

Ne frumentum, milium, hordeum, vllumue triticum, aut leguminum genus, ne poma item, ne instrumenta, ad prediorum rusticorum vsum comparata, ne cuiusvis generis supellectilem prophanam, vt ab Innocentio tertio Pontifice in Concilio Lateranensi sancitum est, ne denique quicquam à domo Dei alienum in Ecclesia, etiam non consecrata, aut in oratorio, aut in cæmentis recondi, aut asservari ab vllò quouis homine liceat. Veticumque praterea sit, nisi cum interdum aliter Episcopus faciendum censuerit, clauem illius Ecclesie, aut oratorii, etiam diocesani, ruralisue, laicis hominibus, praesertim vero colonis, vel conducticibus eiusdem Ecclesie adiun, vel prediorum, committi, aut ab illis custodiri, seruariue. Ne campanæ in eis consulantur, neue aliquid ferrummetur: neue fabrilis quicquam, aut aliud huius generis fiat, nisi quæ ad eiusdem ecclesie, aut oratorii vsum, ornatumue, alibi fieri non possint.

Ne in cæmentis frumentum, quasi in area ventiletur; ne tritura fiat: ne palea, frumenta, fruges, expandantur: nec vero tela, pannique linei, lictio, aquaue madefacti, soli ibidem exponantur: neque in eo femine, maresque colo quicquam neant, neue suant, aut aliud praterea opus faciant, eorum sacrorum locorum rationi alienum. Ecclesia offia, cæmentia item, aut rectori, aut etiam aliis vsui ne sint, res prophanas, oneraue a sportantibus, hacque & illac per Ecclesiam, sacrag, loca, quasi per viam publicam transiuntibus, cui rei plane vt occurratur, cautionem omnem Episcopus adhibeat.

Ne grammaticæ, humanarumque literarum rudimenta, quæ sepe manibus gentiliū fabellis tradantur, aut alia omnino litera, præter sacras in ecclesia, tanquam in ludo literario, pueris aperte, exponantur; sed rudimenta soli doctrina Christiana, & cætera, quæ in illis scholis pueris tradit consueverunt.

Si quo tamen in loco ex causis, hoc concilio probatis, parochis permittum erit alia docere, non veramus; si domus paro-

chialis angustia necessaria postulet, hoc officium ab eo praestari serialibus diebus in Ecclesia permissu eiusdem Episcopi.

Quæ permissionis facultas scripto detur; tum praterea locus certus, ac, quam longe fieri poterit, ab omni, praesertim maiori, altari remotus, ad id muneris deligatur: Extra cuius loci fines pueri ne vagentur, nec vero ob eam causam in Ecclesia morentur, nisi cum parochus, qui eos in disciplinam suscepit, praesens adest.

Hæc ad exemplum ob memoriam sanctissimi Episcopi Caroli Borromei ponere visum fuit, vt ceteri Episcopi quod imitentur, habeant.

CAPVT V.

De primario sacerdotis Christiani officio, & veritate SS Eucharistie.

§. I. **N**ON possum tacitus etiam hoc loco praetere, quod Pseudopoliticorum subnationibus, sectariorum execrationibus impetitur, quod profanis ludibrium est, scandalumque, nobis vero credentibus salutare mysterium SS. Eucharistie sacramentum, de quo alias quoque actum à me, sed nunc reposcit, & sacerdotum dignitas, & errantium multitudo.

Infelicissimum hoc esse dissidium, quodque maxime populos in mutuos irrisus & odia concitat, nemo non fatetur. Anno 1603, hæc de re libros quinque Pareus conscripsit, quo ostendit miserrimum Europæ statum, si vel sola illa controuersia spectetur. Quin ipse monitionem ad omnes in praefatione ad-

Vnica controuersia sat est ad bellum.

scribit, quæ quia statum, ingeniaque Sectariorum nobis graphice ab experientia depingit, magna utilitate legetur. Ita vero habet. Quo vsque tandem, O fratres, vos humane vexabit liuor & contentio? Quam diu pergetis contempta Christi pace bellum religionis gerere minime religiosum? Quem ad finem Scentorum aliquorum sese iactabit audacia? qui sine conscientia & numinis metu, Ecclesias vestras perturbant? Inter vos auditur: Ego sum Lutheri: Tu es Caluini: & dicere: Ego sum Christi: nihil apud vos est. O tempora, o mores! an Lutherus pro vobis mortuus est? An quis vestrum in Caluini nomen baptizatus est? An Christus pro omnibus vobis crucifixus nihil est? Et quis fuit Lutherus? quis Caluinus? nempeministri per quos credidistis: idque vt cuique Dominus dedit. Nonne igitur carnales estis, & secundum hominem inceditis? Quid Deo pacis respondebitis, qui Ecclesiam eius contentionebus vastatis? Quid Christo Domino, cuius præceptum de caritate contemnitis? Cuius ergo filii eritis, si Dei non estis? At quomodo Dei filii estis, si pacifici non estis? Quomodo Christum magistrum profitemini, si nemo discipulos eius vos recognoscit? Quis vero vos discipulos Christi recognoscet, si alii alios non diligitis? Nonne tandem vos miseret tot fratrum, pro quibus Christus mortuus est, quos vos altercationibus vestris, quantum in vobis est, perditis? Quin vestri tandem vos miseret, quorum in pace salus, in contentione perniciēs certa parata est. Si enim vno corde & ore inuocabitis Deum patrem in terris, vtique filiorum hereditas vna vobis proposita erit in caelis. Sin alii alios mordere pergetis & deuorare: quid Caluiniani restat, nisi vt alii ab aliis consumamini? Nonne videris, quid consumunt Satan iam pridem contra Christum machinetur? quid Anti-Lutherus Romanus molitur? vt cum tyrannis conspiret? vt nos per Sinones suos conscientias hominum captiuas abducatur? vt vobis simul insidietur, & exitum pareat? An vno putatis clementiorem fore quam alteris, si machinationes aliquando Caluinistæ successerint? Quidni autem successerint tandem, numine insidiantur vobis irato, & singulis non ad ea quæ Dei, & quæ pacis Lutheranis, sunt, sed tantum ad ea, quæ sua sunt, quæque dicat splendida & nos interibilibis, atrendentibus, & in studia contraria hostiliter ruerint accubus? Quid perdidit orientem? nonne dissensiones intestinae? sant. nonne dissidium Occidentis? Quin ergo his omnis & procul

Ingenia sectariorum inquieta.

Amor hereticarum abducit à Christo.

Indignatur
Pareus,
quod Luth-
erani non li-
benter mo-
riuntur.

Antiquus
Pareus facit.

Contentio
Luthero-
Caluini-
ana.

Pigmenta
errorum Cal-
uinisticorum.

Verba Chri-
sti tenemus.

valere iussis ad vosmet tandem reditis? & per charitatem alij alios tolerantes, si pacem perfecto consensu per omnia firmare nondum potestis (quod Ecclesia in hac infirmitate raro fuit concessum) tamen in quibus vere idem tenetis, tenetis autem per gratiam Dei in plerisque, exemplo fratrum Polonorum, pacem & fraternitatem sanctis, vt contra tot hostium communium cuneos coniunctis viribus & armis pugnetis? In primariis doctrina capitibus secundum scripturas sacras tres fidei confessiones Augustana, Bohemica & Heluetica, quae etiam Palatina est, conueniunt: De S. scriptura, de Deo vero, de persona filij Dei Iesu Christi, de prouidentia Dei, de Peccato, de Libero arbitrio, de Lege, de Euangelio, de Iustificatione per CHRISTUM, de Fide, de regeneratione & bonis operibus, de Ecclesia CATHOLICA, eiusque vnico & supremo capite CHRISTO, de Sacramentis eorumque numero, sine & vsu, de statu animarum post mortem, de resurrectione & vita aeterna. In solo articulo de S. Cena vnum sentire vobis nondum est datum: nec in toto tamen. Nam vnum sentitis de praesentia & manducatione spiritali corporis Christi, quae est res signata & nucleus Sacramenti, quae, vt sola ad salutem est necessaria, sic sola sufficit. De corporali & orali manducatione pijs & impijs communi, dissensio est: quam tamen ad salutem non necessariam, sine spiritali nihil prodesse, sed multis perniciosam esse consentitis. Quin ergo in formula Sandomiriensi vel aliqua simili tandem etiam conuenitis, & misis impijs aut infidelibus, tantum quid fideles percipiant in Eucharistia communiter amplectimini?

Non possumus, inquis: quia quid luci cum tenebris? Nihil sane. Nos vero tenebra non sumus. Et vos vtinam omnes lux sitis. Quae vero pars fidei cum infideli? Nulla. At nos infideles qui sumus, qui Christum Dominum diligimus, & fide sincera inuocamus? Pro gloria, inquis, & maiestate Christi pugnamus: vtinam non pro vestra. Conscientia nostra vobiscum pacem non fert. Imo affectus vestri non ferunt. Ipsi Pontificijs horribilibus erratis: Na vos, qui hac vulgo inculcatis, quid Pontificij errent vel potius blasphemant, parum scitis vel expenditis. Errantes vero cur cum omni mansuetudine & doctrina in viam non reducit? Hereticum hominem post vnam & alteram admonitionem Apostolus deuitandum monet. Cedo vero admonitiones vestras! Quid nisi anathemata fulminatis! Cedo etiam hereses nostras! Errores, inquis, graues ruemini de vniuersali gratia & redemptione, de praedestinatione, de promissionibus Euangelij, de Baptismo. Nos vero quos de his errores nobis obicitis, non agnoscimus: imo totidem calumnias quorundam Stentorum esse dicimus. Exstant Apologie & declarationes nostrae, cur has non accipitis? imo cur nec legi, nec vendi permittitis? Et de redemptione quomodo quae inter vestros conuenit? de praedestinationis causa quomodo? Nos vero omnes illas controuersias nuper motas, fidei conditione definiendas esse ex Euangelio docemus. Nam omnes & soli credentes redemptionis Christi participes sunt: Reliqui enim inanes sunt, qui vitam sine fide transigunt. Omnes & solos credentes ad vitam praedestinos agnoscimus, neque id propter praesentem fidem aut opera, vel quia praesentis sunt, quod essent credituri & bene operaturi (hac enim Pelagianorum fuit heresis) sed mera & doctrix Dei volentis eorum potius, quam aliorum misereri, & gratia eos donare, vt crederent & salui fierent. Ad omnes & solos credentes Euangelij promissiones & salutem proprie pertinere: ad infideles, quoad tales manent, nullo pacto pertinere dicimus ex illo Christi: Qui credit in filium Dei habet vitam aeternam: qui non credit, super eo manet ira Dei. Solos & omnes credentes in Baptismo Christum induere, & Spiritui sancto regenerari: incredulos & hypocritas non habere partem in verbo hoc, si vel millies foris tingantur, Apostolica voce edocui firmiter statuimus. En igitur nostras hereses.

Ecce dissensum, ecce odia, ecce inter illos mendacia de concordia. Non potest perseverare in his digladiationibus, & anathematismis vanitas, ideo nec Ecclesia, nec respublica. Pacem igitur spectemus, & verum de sacrificio sensum teneamus.

S. 2. Expositionem literalem nos tenemus, & sensum tenemus, & quod Dominus Iesus dixit, esse suum corpus, &

sanguinem, hoc eius corpus & sanguinem esse dicimus. Hac in re cum Lutheranis nobis conuenit, & fateatur ille lib. 2. cap. 1. controuersiae Euch.

Si Lutherum & Lutheranos spectes, eorum doctrina plurimum distat. Imo audacter asserit lib. 2. cap. 1. & vere Pareus. Lutherum & Lutheranos tantum distare, vt apud Lutheranos praeter nomen & communem illam assercionem vix aliquid Lutheranum inuenias. Errores vero Lutheranorum & aliorum sunt. 1. Hoc est corpus meum: hic panis est corpus meum. De capt. bap. anno 20.

Hoc alio modo intelligi non potest, quam vt transubstantiatio admittatur; nam, Est, apud Lutherum accipitur substantiue, non pro significat, corpus meum pro naturali corpore Christi; Hic autem panis non potest vere dici corpus Christi, nisi transubstantiatio fiat, quamquam ne sic quidem recte dicatur. Non igitur culpam praesca Ecclesia, neque Catholici debent, quod transubstantiationem credant, quam negare Lutherus non potuit, quam primo approbavit, deinde adia phoram sensit, & demum summa improbitate reiecit. 2. Panis est corpus meum, in pane est corpus meum. 3. Christi corpus concedit dentibus atteri, & comminui, in conf. maiore. p. 530. 4. Hoc significare panem & corpus Christi simul. 5. alii: Hoc est corpus meum, esse intelligendum adiectiue; Hun. pag. 393. 6. Hoc est corpus meum, i. Ecce corpus meum. Flacius in glossa.

7. Licere vt alijs signis praeter panem, & vinum, Materiam ita post alios hoc anno Scharpius colum. 1293. Et Eucharistia quidem addit: quibus pro cibo, & poti communiter vtuntur: olera igitur, fructus arborum, radices, caecos, lac, carnes vlturabimus. Dicemusque conuenire cum mente instituentis, id enim ipse proficitur.

8. Quiddam fractionem panis ad essentiam pertinere aiunt, quia alios omnes negant veram cenam habere: alii mandatum volunt, non tamen essentialem Sacramento, alii omnino adia phoram.

9. Damnant hostias nostras, & Lutheranos Caluiniani, & Beza quidem vol. 3. f. 220. Panem cibarium praecipit. Naum p. 18. vocat non panem, sed spiritum panis. Verum id est omnino falsum, est enim panis ille noster & purissimo polline, & massa subacta, nec quicquam ad panis naturam illi deest. Porro Christus nec magnos, nec paruos panes, nedum formam certam praecipit. At Christus, inquit maiore pane vsus est, quem fregit. Ita sane etiam vsus est pane azymo, nec tamen id faciunt Caluiniani. Non quicquid ille fecit, necessario imitandum est, runt Caluiniani. Nam vespere, & post cenam corpus suum dedit, nunc plerique matutinum tempus praefertunt.

Bucanus pag. 710. Ineptius etiam argutatur. Omnes de vno pane participare oportet, magno igitur pane opus est. Nam si id necessarium est, coquendus erit panis instar montis, vt omnibus sufficiat, aut vni numerosissima Ecclesia. Porro de hostijs illis nostris videri potest Epiphanius in Ancorato.

10. Manducationem fieri tantum a dignis; cum multi ad iudicium sibi & manducant, & bibant, non diiudicantes corpus Domini, vt veritas docet.

11. Comedite, interpretatur Zwinglius ad Marth. Comedit Albertum, Credite. Quod si verum est, cum diceret te, Caluinus: accipite, & comedite, & bibite: non debent admouere ori, sed credere duntaxat, quod facere poterant, quamuis in sudario reponerent. Si Bibite ex hoc omnes, est metaphoricum, & significat, credite. Igitur & illud: Et biberunt ex eo omnes, est, crediderunt omnes, atque ita nihil in scriptura certi habebimus, mutatis verborum significationibus. Ferri iudicium haec non possent, si sibi tantum delirarent; at nunc manducant corruelas illas propagare student, eoique, qui verba Christi intelligunt eo modo, quo Apostoli intellexerunt, haereseos accusant. Quid nunc de sensu duntaxat disputamus?

Luthero & Lutheranis vix quicquam conuenit.

Varia haereses.

Lutherus transubstantiationem concessit.

Materiam ita post alios hoc anno Scharpius colum. 1293. Et Eucharistia quidem addit: quibus pro cibo, & poti communiter vtuntur.

Panes magis est pane azymo, nec tamen id faciunt Caluiniani. Non quicquid ille fecit, necessario imitandum est, runt Caluiniani.

Credite.

Quomodo alij ad bimus, mutatis verborum significationibus. Ferri iudicium haec non possent, si sibi tantum delirarent; at nunc manducant corruelas illas propagare student, eoique, qui verba Christi intelligunt eo modo, quo Apostoli intellexerunt, haereseos accusant. Quid nunc de sensu duntaxat disputamus?

disputamus? Dixit Dominus: Comedite, bibite; Apostoli comedendum, & bibendum esse iudicaverunt. Et ne eos non intellexisse mentem Domini suspicemur; eodem modo nobis Paulus 1. Cor. 11. 20. exponit.

12. Synusialta impanationem somniant: Lutherus enim panem vocat artocreas, & ἀρτοκρεας, conf. maiore p. 540. hincilla: Caropanis, Fleischbrot, sanguiniuinum, Blutwein, valuinum, Wein, fass, vinilignum, Weinholz.

13. Carolstadius verba Christi. Hoc est corpus meum; sic accipit: Hic sedet corpus meum, cum Zwinglius merito refutat. Beza item, & alii.

14. In ipsis suis erroribus dissentiunt. Zwinglius ad Matth. Alb. f. 156. Polanus pag. 257. Danæus, Beza, Tropum ponunt in verbo, seu copula est. Contra Keckermannus sic argumentatur. In Syllemate Theologico p. 445. Alij volunt Tropum esse in copula, quod & ipsum non potest probari. Nam si sumant copulam pro voce & verbo copulativo, non potest in ea esse tropus, vt pote qui locum habet in vocibus categoricis, i. e. talibus, quæ certam rem per se significant, non autem in vocabulis consignificatiuis, quales est verbum illud, quod copula loco ponitur. Quin imo si tropus est in copula, non potest esse prædicatio disparati de disparato.

Non potest autem tropus esse in copula; si enim significat corpus Christi, non est ergo κοινωνία, seu participatio corporis Christi. Interim Zwinglius causam veritatis agit incius, in breui insit. fol. 575. cum ait. Si verbum, Est, substantiue accipitur, non potest fieri, quin panis substantia in ipsam carnis substantiam conuertatur. Quo vno verbo veritatem asserit Catholicam. Nempe si copula est proprie accipitur, in Eucharistia esse veram transubstantiationem.

15. Alii corpus interpretantur corporis signum. Sed Apostolus repugnat, nam corpus eodem modo à Christo, & Christi Apostolo sumitur; at vero Apostolus cum ait panem esse communicationem corporis dominici, verum corpus non signum intelligit.

16. Verba illa: Quod pro vobis traditur. Hieronymus Zanchius in conf. p. 171. interpretatur, quatenus itemque Piscator in 3. q. de Cena. Sed noua est interpretatio, & violenta; deinde textui repugnat: ita enim habet. Ἐτό ἐστὶν σῶμα μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδομένον, Ἐτό ἐστὶν τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur. Vel hoc est corpus meum pro vobis traditum, &c. Non est enim articulus relatiuus, vel 71, sed 76. Deinde quis ille sensus? Hoc est corpus meum quatenus pro vobis traditur?

17. Lutheranorum multi in vsu duntaxat Eucharistiam esse docent, idque manifeste contra Lutherum, Pomeranum, & alios.

18. Musculus p. 863. Ant. Sadeel Tom. 3. p. 143. Vsum priuatum Eucharistiae damnant, nec deferri ad ægrotos volunt. Cum eam Christus nequaquam damnauerit, cum primæua ecclesia ea semper vsa fuerit. Beza tamen dammare non audet. Sed vel in eo impius est, quia dubitat; cur enim in adibus ægrotorum non est Ecclesiola, cum 1. Corinth. 16. sit domesticæ Ecclesiæ? Si Christus est, vbi duo vel tres sunt in eius nomine congregati, cur non communio Christi? Quid loci, aut multitudinis circumstantia ad rem facit, vt ægrotis solatia negentur, quæ ex omni antiquitate adhibita legimus?

19. Negant Caluiniani Sacramentum Eucharistiae adorandum, qui negant eius veritatem, multo abturdius nonnulli Lutheranorum cum Christum Deum præsentem agnoscunt, adorandum negant: Certe Lutherus adorandū censuit: & hoc illi improperat Caluinus, Ep. 72. ad Bucerum: Deliria quosdam idololatricam traherant. Quorsum enim illud Lutheri adorabile Sacramentum, nisi vt idolum in templo Dei erigatur?

20. Docent necessario speciem vtramque adhibendam omnibus & semper, quia id Christus fecit. Cum tamen illi tam multa, quæ Christus fecit, omittant. Imo Christum ipsum ex Eucharistia tollant, lignumque pro veritate substituant. Calicem, & vinum viges? Sed materiam integram tuo arbitrio commutas. Beza Ep. 25. Si desit vinum, ait, posse substitui aquam simplicem vel aliud potionis genus in illo loco non inusitatum. Eam fuisse Caluini sententiam ipse docet, & supersticiosos censeri, qui à vino penderent, vt nollent cogente necessitate ἀνάλογον symbolum vsurpare. Et Ep. 2. Vbi panis aut vini vel nullus est vsus, vel nulla certo tempore copia, num Cena Domini nulla celebrabitur? Imo rite celebrabitur, si quod panis aut vini vicem, vel ex vsu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis aut vini loco adhibeatur. Hac enim mens fuit Christi, quum panem ac vinum ad hac mysteria deligeret, vt propositis earum rerum signis, quibus corpus nostrum alitur, veram alimoniam spiritualem velut ob oculos representaret. Itaq; à Christi sententia nihil aberrat, qui nullo prorsus nouandi studio pro pane & vine substituat, quæ etsi non parem, similem tamen alimoniam analogiam habeant.

Hanc mentem Christi esse asserit, sed nullo teste, nisi quod nefandas hæreses in Eucharistia materia imitetur, nempe Gnosticorum, Montanistarum, Artoryitarum, Aquatorum, Manichæorum.

§. 3. Nos vna in specie Christum totum esse dicimus, vtramque speciem mandatam negamus, nec enim in abstemiis lex illa potest impleri, & multis in locis penuria vini communionem impediret. Nec finis communionis negatur, qui est, vt Christum sumamus, siue sub vna, siue sub vtraque specie. Qui Christum edit, pariter etiam bibit, cum in corpore viuo sanguis etiam insit. Sunt aliæ causæ, vt periculum effusionis, quorundam horror ex eodem cum multis poculo bibere nolentium. Quin Christi tempore altera species dumtaxat crebro vsurpata fuit. Et tamen hoc loco maxime insaniunt, calumnianturque sectarii.

21. Eo tandem procedunt, vt negent vnum corpus esse posse in plurimis locis. Ita Scharp. de Euch. Cont. 3. qu. 1. Quod omnibus Lutheranis, & prudentioribus Caluinianorum ridiculum visum, & impium. Cur enim Deus non potest vnum corpus, idemque quod in Germania collocauit, etiam in India statuere? An corpus quod in Germania est; potentiam Dei cohibere potest, ne sit in India?

Sed quæ contradicentia ille colligit? Primo esset in India, & non in India, esset simul inferius, & superius seipso. Vno in loco frigeret, in alio aestuaret. Erit extra seipsum, Angelus non possunt esse in diuersis locis. Erit in loco, & non in loco, non potest esse simul in tempore diuerso, ergo nec in loco. Hæc puerilia ille millies refutata inter iubila recoquit. Cur enim esset corpus illud in India, & non in India? Idem corpus esset sane in India, falsum autem non esse in India; verum autem, esse etiam extra Indiam, seu habere aliam præsentiam præter illam, quæ est in India. Res clara est; tota anima est in capite, tota est in pedibus, non tamen negamus esse in capite, quia eadem essentia est in pedibus, sed dicimus plures esse præsentias vnius essentia. Sic anima sine contradictione inferior est, & superior, quia non secundum eandem præsentiam ista dicuntur, in contradictione autem opus est, vt quæ dicuntur, sint secundum idem. Itaque contraria experiri poterunt ea corpora, si Deo visum fuerit, sed in diuersis locis.

Pergit tamen: Corpus in duobus locis erit extra seipsum. Corpus idē si intelligit à natura sua alienum; falsum est; si vero, à seipso dicitur in diuersis locis, & quatenus est in vno, distabit à se, vt est in alio; facile admittitur, nam anima inuisibilis vt est in pedibus, à se distat, vt est in capite. Potest vero Deus omnipotentia sua seruare caput viuum, & animatum, idemque pedes, medio corpore

Vtraq; species non necessaria.

Materiam vini mutari.

Materiam sacramenti veteres hæretici mutarunt.

Corpus vni potest esse in plurimis locis.

Idem corpus in India, & in non-India esse potest.

Tropus non est in copula.

Zwinglius insinuat substantiationem improbat.

Error Zanchii.

Ad ægrotos ferri Eucharistia potest.

Deus vbiq; adorandus.

corpore emoriente, quo facto anima omnino à se ipsa ratione loci distabit. Eadem ratione Angelo, quoque asserimus diuerſis in locis esse posse.

Quid porro Scharpius? Erit in loco, & non in loco. In loco, ex hypothesi, non in loco, quia quod est in loco ita circumſcribitur, ut non sit in alio loco.

Dignum acumen hebeti Scharpio. Nam est non modo in loco, sed in locis pluribus. Itaque falsum est; non esse in loco. Quod vero addit, quod est in loco, ita loco continetur, ut non sit in alio loco, id, si natura ordinem spectes, verum; si potentiam eius qui naturam creauit, supra naturam operantem, falsum; de ea enim quaeritur, an possit totam aliquam rem ponere in vno loco, ut tamen eadem sit etiam in alio loco.

Ridicula
argutia
Scharpij.

Denique Chrysippea argutia pugnat acutissimus Scharpius Alpha iubilantium. Non potest eadem res simul esse in diuerso tempore, praeterito & futuro, ergo nec in loco diuerso. Rem vno non acu tetigisti. Tu mihi duo tempora praeteritum, & futurum simul pone, ego simul tecum in praeterito, & futuro disputabo, & disputauim. Loca duo, Germania, & India simul sunt, duo tempora simul esse non possunt, quia praeteritum fuit, futurum nondum est.

Sacrificiū
Christianū
scurriliter
irridit.

§. 4. Si tam vere, quam furenter contra sacrificium incuruentum insurgerent, iam dudum omnem populum tenerent. Nulla sacrificii pars est, nulla cerimonia, quam non scurrilibus omnino fannis, & propudiosis dictis excipiant. Matthias Hoc in Saxonia, concione 2. Iubilantia ita loquitur. Obijciunt praeterea Papista; nouum esse, quod missam non celebrant, qua tamen per multa saecula sine interruptione celebrata sit. Respondet ille: Nec Christus Iesus ipse, nec sancti Apostoli celebrarunt, quodque amplius est; Spiritus sanctus olim, missam, seu idolum Maozam tanquam horrendam abominationem descripsit. Daniel. 12. Quapropter merito nos illam fugere, & vitare, tanquam turpissimam testamenti Domini nostri corruptionem debemus, Galat. 3. Quia Christus semel duntaxat in cruce oblatus est, quae oblatio sufficiens fuit ad nostra delicta expianda, Hebr. 9. & 10.

Satana effi-
cax emerge-
ma contra
Missam ad-
e viget.

Non mirum est contra sacrificium nouae legis insurgere multos, idque furentissime, cum ipse Satan praefens has partes sibi sumperit; & Luthero persuaserit, sacrificium illud idololatriam esse. Hitoriam scribit ipse Luthers Tom. 7. Wittemb. 1558. fol. 228. quae saepe à multis Catholicis narrata est. Sed Matthiae Hoc imposturam videamus. Missa seu Latinum seu Hebraeum nomen est, à Graecis λειτουργία dicitur. Inde vel Latini nomen mutuati sunt, vel suo vsi sunt, ut missum Deo sacrificium, precesque significarent. Graeci scriptores, ut dixi, λειτουργία appellant. Interdum λειτουργία, θυσιάν, ἱερὸν, θυσιάν ἀναμακτόν, κυσέιον, μυσταγωγίαν, τελετήν, τελετήν τελετών. Quae omnia rationem sacrificii in se continent.

Sacrificiū
est corporis
oblatio.

Christum vero hoc sacrificium obtulisse docent nos Euangelistae, & Paulus. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Luc. 22. 19. & deinde de calice dicit: τὸ εὐχαριστῶμεν, & Paulus 1. Corinth. 11. 24. vocat τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλυμένον, corpus, quod pro vobis frangitur. In ipsa igitur cena Christi sanguis pro nobis fundebatur, corpus pro nobis frangebatur, hoc est, immolabatur, sacrificabatur; Nam corpus vere tradebat, & sanguinem, mutato pane, & vino; deinde ne hoc quidem Lutherani negare possunt, qui sub pane, & in pane corpus traditum esse aiunt. Quod vero pro aliis hoc modo funditur, frangitur, ea immutatione, seu transubstantiatione, nouo & ineffabili modo existit, id sacrificari recte dicitur.

Liturgia A-
postolorum
ostendunt
eos missam
celebrasse.

§. 5. Apostoli, inquit, non sacrificarunt. At reclamant Apostolorum Liturgia. Prima est Petri, de eos missam, quae veteres, imprimis S. Ildorus Hispalensis, lib. 2.

officiorum. Paschasius Corbeienſis de corpore & sanguine Domini. Altera quae est Iacobi teste Clemente Romano. Tertia Iacobi Minoris, qui frater Domini dictus est. Quarta Matthaei Apostoli, quae Aethiopes fere vtuntur, vocantque sacrificium Corbon, in hac ita loquuntur, ex Apostoli instituto. Tu es panis vitae, descendens de caelo, qui antequam venires, eras in figura agni immaculati pro redemptione mundi: nunc bonitatem tuam, o amator hominum, humiliter imploramus, ut faciem tuam super hunc panem & calicem in hoc altare portatile ostendas. Benedic, sanctifica, munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam, & vinum hoc in sanguinem tuum pretiosum: Fiat sacrificium ardens, & acceptabile, medela, & salus animae, & corpori nostro. &c.

Quinta S. Marci, qui omnes inter se quoad substantiam conueniunt, caerimoniis, & ritibus differunt. Ipse sanctus Andreas tyranno, & omnibus Sectariis haec verba intonat. Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidie sacrifico, qui cum vere sit sacrificatus, & vere à populo carnes eius manducatae, integer perseuerat, & vnus. Ita presbyteri Aethiopiae. Quod si hanc ob causam nouatores sono incondito veritatem obtruant, communis est causa veteris Ecclesiae; Christi oblatio ante passionem sacrificium incuruentum obtulisse, idem fecisse Apostolos, & eorum successores asserimus. Non possumus causa cadere quae tantos habet patronos. Dionys. Eccles. Hierarch. cap. 3. ὁ θεὸς τῶν καὶ ἱερῶν τελετῶν, O diuinissimum, & sanctum sacrificium, sic Martialis Epist. ad Burdegal. cap. 3. Clemens Romanus consil. Apostol. Ἀντιστοίας τῆς δι' αἱμάτων, λαχὼν, καὶ ἀναμακτόν, καὶ τὴν μυστικὴν, ἡ τις εἰς τὸν θέναν τῶν κτερίων συμβόλων χάριν ὑπετέλειται, & σώματι αὐτῶν καὶ αἵματι. Dedisse, ait, nobis Christum, pro sacrificio cruento, rationabile, incuruentum, & mysticum, quod est corporis eius, & sanguinis, & in mortem Domini quasi symbolum celebratur.

Semper in
Ecclesia fuit
sacrificium.

Eadem mente Alexander 1. Epist. ad omnes Orthodoxos, ait, In Sacramentorum oblationibus, quae ad missarum solennia offeruntur, passionem Domini miscendam &c.

Et Iustinus Martyr Dialog. cum Tryph. Omnes igitur qui in huius nomine sacrificia offerunt, quae Iesus Christus tradidit, hoc est in Eucharistia panis, & calicis, quae in omni terra loco à Christianis sunt, praeuerens Deus grata sibi esse testificatur. Sixtus 1. Decretis suis inseruit, ut sacerdote missarum actionem incipiente populus hymnum decantaret. Eadem Telephorus Epist. ad vniuersos, & Hyginus, omnes Basilicae cum missa debent consecrari, videre licet Pii primi, Soteris, Licetis, aliorumque testimonio. Hinc ita argumentor.

Nos Christum, & Apostolos vere sacrificasse dicimus, idem omnes patres quorum scripta Christiani sacrificii mentionem faciunt; constanter, nullo excepto proficentur; nullus retro Episcopus fuit, qui non sacrificia obtulerit. Nemo orthodoxus sacrificantes damnauit; non igitur damnare veritos Martires debent examina compungantium sectarum, neque contra nos iubilare, quod Diabolo sua sorte è finibus suis sacrificium exterminarint.

Quod vero missam aiunt esse Moghozim, seu Maghuzim, id plane ridiculum est, nam inter מִסָּחֶם Mischa, & מִגְזִימ Maghuzim, magna est diuersitas, & impietas in vna duntaxat litera מ mem conueniunt. Perinde scripturae eadem est vtriusque; haec harcha initio nominis litera.

At semel in cruce oblati sunt Christus, & semel satisfecit. Hoc nos quoque docemus, & in scriptis omnium patrum inuenitur. Et Apostolum audimus dicentem, nos vna oblatione esse consummatos. Confitemur hoc, & gratias agimus benignitati Redemptoris, qui precium infinitae estimationis, precium sufficientissimum pro no-

Ridicula
non res-
cienda.